

CAROLO EVERHARDO SCHMIDIO

S. D. P.

CHRISTIAN GOTTLOB BIENER

Quem mihi libellum suavis consiliisque amici et patroni TVI, viri sane doctissimi et in uniuerso iure versatissimi elaboratum obtulisti, TIBI reddo, curis quidem meis aliquantulum auctum, aut si maus interpolatum, ita tamen ut opusculum esset et maneret TVVM. Gratulor itaque TIBI, VIR PRAENOBILISSIME! hoc doctrinae solidioris diligentiaeque specimen, certissime persuasus et amicorum fautorumque TVORVM et virorum doctorum calculum esse laturum. Quod autem TIBI me duce et auspice in lucem et aspectum publicum prodire meque laudis TVAE participem reddere placuerit, mihi omnino gratissimum est, praesertim quia in TE non diligentiam solum et optimarum artium studium, sed modestiam etiam morumque probitatem et humanitatem magni aestimaui, ut res publica omnino optima quaeque de TE sperare possit debeatque. Maeste igitur virtute TVA esto, VIR DOCTISSIME! meque TVI amantiissimum amare perge!

Dabam in studio Lipsiensi Idibus Novembr. CXCICCLXXXVII.

CAROLO

Diss. jur. civ. 367, 4.